

gatur & inualefcit, aut decrefcit ac dimi-  
nuitur, tantum ecclefia uniuersa cenfenda  
eft florere, vel degenerare. Quocirca cum  
chriitianifmus in eo confiftat, ut fequamur  
veftigia Seruatoris noftri, eiusque imagi-  
nem vita nofta exprimamus, in quantum  
diuina gratia, ut id poffimus facere, nos a-  
ptos reddit; ponendus erit verus chriitia-

A 5

nis-

monumentis illis, horumque thefauro primige-  
nio, faero codice, integra hauriatur, proferatur  
coram populo, ab hoc accipiatur & vertatur in  
fuccum & fanguinem, infaufia experientia docet,  
iubetque malo huic manus inferre auerruncas.  
Huic operæ des, quod velis, nomen licet. In  
qua ecclefia vero doctrina etiam vitiata eft, ei  
quomodo reddi commode poffit lux finceri evan-  
gelii, paulo poft oftendet.

*vel degenerare.* Ita non debemus in maxima quiete,  
in fauore magistratus, multitudine, verum pro-  
fitendi licentia, fubfidiis fcientiæ, & in hac ipfa  
reponere florentiffimum ecclefiaæ ftatum; quem  
ifta iuuant, non conftituunt. Ex vita pura &  
fancta primæ ecclefiaæ æftimatur præftantia, cu-  
ius pomœria quoque nulla re magis, quam Chri-  
ftianorum innocentia & patientia proferebantur.

*Quo circa cum chriitianifmus,* vita chriitiana, du-  
cenda viribus, quas homo, dum regeneratus eft,  
cum culpæ venia impetrauit.

*diuina gratia.* Hæc parata eft ad augendum robur,  
fi quis dato recte utatur, nec delectetur fua im-  
becillitate, feu ἀριστία, imbecillam fidem menti-  
ta, nixaque fragilitate humana.

In